



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Titulus XIX. Qui Matrimonium accusare possint, vel contra illud testificari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73973)

non fit ad prorogandam vel concedendam Principi laico jurisdictionem in ipsum patrem clericum, sed ad ipsum filium ejus laicum legitimandum, vel potius ad impediendum patris præjudicium; ut Castrop. l. c.) & bona, ad quæ legitimatur, esto sint exempta à tributis, dum possidentur à clerico, non tamen sunt exempta, quò minus post mortem illius alteri à principe applicentur, jus in iis succedendi concedatur, leges quoque, quæ per hanc legitimatorem relaxantur, non sunt canonicæ, sed civiles, verantes illegitimos succedere in bonis parentum tam clericorum quàm laicorum; adeoque huic legitimatorem nihil obstat; quamvis tamen, ut Castrop. l. c. cum Mol. l. c. vers. illud possit Pontifex sua lege statuere, bona clericorum ad filios eorum Spuriis, etsi à Principe legitimatos perveniant. Idem de filio clerici legitimando, constituto in ordinibus sacris, aut in minoribus unà cum beneficio ecclesiastico, vi cujus gaudeat privilegio fori, contra Decium conf. 150. à n. 4. Azor. l. c. c. 15. q. 5. Pont. l. c. n. 9. satis probabiliter, ut ipse faretur Castrop. sentientes contrarium, tuetur cum Covar. & Mol. n. 10. eò quòd talis filius ob leges civiles inhabilitantes filios Spuriis ad succedendum patri est inhabilis, contractà hac inhabilitate tempore, quò laicus erat, & quæ per clericatum non relaxatur, legum autem civilium relaxatio spectet ad Principes sæculares; sed neque clericus exemptus sit à jurisdictione laica (quod est fundamentum adversariorum) intellige directiva plenè) cum aliàs nullis

legibus civilibus obligari posset, quod est contra communiter receptam) sed à jurisdictione coercitiva.

4. Quarto: Posse quoque ab eis legitimari natos ex parentibus impeditis ad contrahendum matrimonium, tenent Covar. cit. §. 8. n. 4. Fachin. l. c. c. 57. in pr. Mol. d. 173. in pr. Pont. cit. c. 6. in fine, Castrop. l. c. n. 15. eò quòd hæc illegitimitas inducta sit jure humano, hoc autem jure inducta abrogari & immutari possunt Principis voluntate. §. sed naturali Inst. de jure natur. gent. & civil. his non obstante, quòd Princeps non possit copulam, ex qua nati, reddere legitimam, sicut non obstat, quò minus possit naturalem legitimare, quoad copulam, ex qua natus, non possit reddere legitimam; cujus ratio est à priore, quòd quò ad legitimatorem, quæ est restitutio natalium, non requiritur restitutio ex matrimonio, sed natalium ex natura, ut sic restitutus reputetur, ac si ex vero matrimonio natus, quamvis matrimonium inter ejus parentes esse non possit; ita Castrop. l. c.

Quest. 269. Aquibus, cum quibus & ad quæ cum illegitimis dispensari possit.

R Esp. ad ea sufficienter responsum à me in Foro benef. p. 1. à q. 267. quò lectorem remitto, uti & ad sect. 2. c. 1. §. 3. de legitimitate natalium, ubi magis in particulari tractata invenies aliqua ad hunc tit. spectantia aut re-
ducibilia.

TITULUS XVIII.

Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.

Quest. 270. Contra matrimonium vel pro eo quinam agere possunt & testificari?

1. R Esp. primò: Matrimonium contrahendum accusare seu impugnare ad illud impediendum, denunciando impedimenta potissimum dirimentia, si quæ sint inter Sponfos, possunt ac debent omnes, qui eorum notitiam habent, & ab hac impugnatione & denunciatione non repelluntur, nisi de malitiosa accusatione suspecti sint; ita habet communis; idemque est de testificando, modò aliàs testes sint idonei; imò si impedimentum probare possunt, & alià viâ Sponfos à matrimonio contrahendo dimovere nequeunt, sub pravi peccato denunciare obligantur, etiam jure divino ac naturali ob grave peccatum proximi & Sacramenti irreverentiam avertendam, juxta dicta rit. 3. de cland. despons.

2. Resp. secundò: Dum agitur de matrimonio jam contracto, sive quò ad separationem thori, sive ad dissolutionem vinculi, non omnes promiscuè admittuntur ad illud accusandum; sic enim primò, dum agitur ad separationem thori & cohabitationis ob commissum adulterium, nimiam sævitiam &c. ad accusandum admittitur solus conjux innocens, utpote cujus solius interest, & cujus favore principaliter jus illud petendi & separandi se à conjuge nocente inductum est. Innoc. Abb. ad hanc rub. n. 15. Nav. in man. c. 22. n. 22. Sanch. de mat. l. 10. d. 13. n. 3. Pirh. h. t. n. 1. Wiestn. n. 12. Arg. c. 5. de procurat. c. 4. de adult. & stup. secus est, si non ad divortium, sed ad canonicam & legalem pœnam de adulterio, dum illud publicum est, lumen-

dam tenderet accusatio; tunc enim à quolibet, modò mas sit & 25. annis major, juxta l. palam. §. 10. ff. de ritu nupt. fieri posset, juxta §. item lex Julia Inst. de publ. judic. Harprecht. ibid. n. 38. Wiestn. l. c. dum verò agitur ad dissolutionem matrimonii ob impedimentum ditimens, illudque sit impotentia, soli conjuges accusare possunt; quia horum solum interest dissolvere matrimonium, & hi in hoc casu juxta c. requisivisti. 33. q. 1. c. consultationi & c. laudabilem. de frigid. & maleficiat. sibi cohabitare possunt soluto matrimonio ut frater & soror. ita Pirh. h. t. n. 1. Canis. n. 2. Reiffenst. n. 3. Wiestn. n. 12. Item si impedimentum sit gravis metus vel error circa personam, solis conjugibus permissum est accusare matrimonium de nullitate; quia non tantum hos solos concernit, & hi impedimentum tollere possunt consentiendo in tale matrimonium, & id ipsum facere præsumuntur, si conscii talis impedimenti cohabitent, multoquoque magis, si se cognoscerent, & quidem in secundo casu ne quidem ipsi conjuges; adeoque in hoc casu frustra foret accusatio ab aliis facta, Gonz. h. t. n. 3. Pirh. n. 1. Wiestn. n. 13. Reiffenst. n. 4. si impedimentum est consanguinitatis, affinitatis, publicæ honestatis, primò omnium ad accusandum admittuntur parentes, dein fratres & sorores, alii consanguinei, & his deficientibus extranei antiquiores viciniore, utpote quibus genealogia & propinquitas conjugum magis nota est. AA. iidem juxta c. 1. & c. notificamus. 35. q. 6. c. videtur. h. t. Ac demum si impedimentum est aliud, V. G. defectus parochi, professio religiosa, præter ipsos conjuges & consanguineos admittuntur etiam extranei veraces, & non suspecta fidei, maximè, si inter

interesse habeant, Gonz. *h. t. n. 3.* Reiff. *n. 7.* Wiestn. *n. 15.* Arg. *c. 1. de his qua vi metusue caus.* ubi matrimonium irri- tum ob professionem religiosam impugnantur monasterii Priorissa & sorores.

3. Resp. tertio: Omnes idonei ad accusandum matrimonium etiam admittuntur ad testificandum contra matrimonium vel pro illo, modò aliàs apti ad testificandum, sive agatur de matrimonio conjungendo, sive de eo dissolvendo. Pith. *n. 3.* Wiestn. *n. 17.* Reiffenst. *n. 14.* cum communi. Arg. *c. licet de testib. & attest.* Unde licet pater testis in aliis causis filii tam civilibus quàm criminalibus esse nequeat, *l. testis ff. de test. c. testis idoneus 4. q. 3.* tamen is, uti & fratres aliique consanguinei testes esse possunt in causis matrimonialibus filii & consanguinei. AA. iidem juxta *c. videtur h. t. e.* idque quia non solum præ aliis majorem consanguinitatis & affinitatis ejusdemque distantie quò ad gradus notitiam habere, sed &, ut cum Engels. *h. t. n. 8.* Wiestner. *l. c. incestarum nuptiarum probum* in sua familia non tolerari credantur, Limitat id ipsum Pith. *l. c. not. 3.* ita ut pater non censeatur testis idoneus sed suspectus, ubi Sponsa filium Sponsum, aut contra Sponsus Sponsam nobilitate & divitiis multum superat. unde Abb. *h. t. n. 6. in fine* dicit non posse dari certam regulam, an & quando credendum sit testimonio parentum in causis matrimonialibus filiorum, sed id relinquendum arbitrio Judicis, ut ex circumstantiis dignoscat, quandonam hoc testimonium sit suspectum. Item licet idem esse non possit testis & accusator in causis propriis aut etiam aliis, potest tamen esse in causis matrimonialibus, saltem quando agitur de consanguinitate & affinitate. Pith. *l. c. not. 4.* Reiffenst. *h. t. n. 15.* Wiestn. *n. 18.* juxta *c. 5. & 7. caus. 36. q. 5.* qui tamen id cum Abb. *in hanc rub. in fine.* Arg. *c. in una, de Sponsal.* intelligendum in eo solum casu censent, quò accusator non est proprie talis matrimonii, sed solum denunciator impedimenti, ita ut, si Judex ex officio ad denunciationem factam inquirat, is, qui denunciavit, simul esse possit testis impedimenti denunciati. Porro in Germaniæ provinciis ex privilegio vel consuetudine nobiles & illustres personas ad personaliter testificandum compelli non posse, sed posse id facere per literas scriptas consignatas & transmissas, ex Gail. *l. 1. obs. 101. num. 4.* asserit Wiestn. *num. 19. in fine.*

Quest. 271. Quinam in specie repellantur ab accusatione matrimonii, & consequenter à testificando contra illud vel pro eo.

Resp. Ab utroque (uti & in omni alia accusatione) repelluntur, Primò qui turpis quæstus gratià accusant (idem est de testificantibus, utpote qui etiam in causis matrimonialibus debent esse omni exceptione majores, ut gl. *in c. 1. de consang. & affinitat. v. majores.* Alex. *in c. insuper. h. t. n. 4.* Pith. *h. t. n. 15. in fine*) sive qui pecunià ad accusandum inducuntur, eamque exigunt, ut ab accusatione desistant, quia falsò & malitiosè accusare præsumuntur juxta *c. significante, h. t. e.* & gl. *ibid. v. eod.* Abb. *n. 4.* Pith. *l. c.* qui etiam *n. 5.* cum Abb. quòd Judex in hoc casu ex officio suo parte non opponente possit accusatores tales repellere. Secundò repelluntur, qui, dum denunciations seu proclamationes fierent, impedimentum non mani-

R. P. Lenr. Jur. Can. Lib. IV.

festarunt; eò quòd manifestationem differendo in tempus matrimonii jam contracti, illud calumniosè accusare præsumuntur. Pith. *h. t. num. 6.* Wiestn. *n. 16.* juxta *c. in tui h. t. e.* nisi tamen propter absentiam, infirmitatem aliamve justam causam ignorasset denunciations factas, vel impedimenti eo tempore ignorati notitiam postea priùs se habuisse fidem facerent juramento interpolito, Wiestn. *l. c.* cum Barb. *in c. ult. h. t. e.* cujus de cætero ignorantie proclamationum (uti & aliorum, quæ publicè fiunt in civitate) juxtaque de ea præsumptionis sequentes casus ponit Pith. *h. t. n. 7. not. 3.* nimirum dum quis tum temporis existeret extra diocesium, vel quia tunc erat in ea ætate, aut etiam in eo defectu usus rationis, ut gesta non intelligeret; vel etiam alia de causa dum temporis non admittebatur ad accusandum, V. G. quia etat excommunicatus. Tertio secundum jam dicta, quæ quidem ab initio gravi metu coacta contraxit, postea tamen copulam carnalem admisit, juxta *c. insuper. de testib. & Barb. ibi. n. 3.* Gonz. *n. 3.* Pith. *n. 14.* quarto, qui personaliter absentes per literas accusant. *c. per scripta 2. q. 8. c. nobis. h. t. e.* idque ita dispositum ex ea ratione, ut excludatur occasio facilius calumpniandi, dum accusatores liberiùs possent calumpniari, si absentes per literas possent accusare, ita Pith. *n. 11.* qui tamen addit, quòd licet talis accusatio & testificatio facta in scriptis seu per literas non sit sufficiens sine aliis adminiculis ad ferendam sententiam, pariat tamen aliquam præsumptionem; quin etiam in se valere & sustineri posse ex privilegio & longa consuetudine, qualiter, ut dictum, competit id in Bohemia & Austria nobilibus, Baronibus &c. ut non cogantur personaliter accedere Judicem ad testificandum, sed satis sit per scripturam sub sua fide sine juramento corporali depositionem manu propria subscriptam & obsignatam Judici transmitti; quòd repellitur testis de auditu, si is, à quo auditur, & in cujus testimonio se fundat, tanquam inhabilis ad tale testimonium repellatur. Pith. *n. 8. in fine* cum Abb. *inc. ult. h. t. n. 10.* & Canisio *ibid. n. 2.* Cujus contrarium est in accusatore, qui admittitur ad accusandum, etiam si auctor, à quo auditur impedimentum, admitti nequeat. Pith. *l. c.* juxta *c. licet 47. de testib.*

Quest. 272. In causa matrimonii quis sit Judex.

1. Resp. primò in genere: Causarum matrimonialium cognitionem & definitionem spectare ad forum & Judices ecclesiasticos solos, est unanimes DD. Catholicorum consensus juxta *c. tuam, de ordine cognit. c. lator. & c. causam, qui fil. sine legit. decilumque in Trident. sess. 24. can. 12.* hisce expressis: *si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad Judices ecclesiasticos, anathema sit,* citque ratio, quòd matrimonium sit unum ex septem Sacramentis, adeoque res spiritualis; de rebus autem & juribus spiritualibus controversias in judicium adductas pertractare est solius potestatis ecclesiasticæ juxta *c. quanto de judiciis, & c. si Judex. de sent. excom.* Porro idem est de quæstionibus ortis super Sponsalibus de futuro, cum tangant matrimonium; illud autem tangentium idem, quod illius, est judicium, Arg. *c. translato. de constitut. & Clem. dispendiosam, de judic. & Clem. v. matrimonii,* ita tenent gl. *in cit. Clem. v. matrimonii,*

S 2

Anchar

Anchar. *ibid.* n. 2. Card. n. 30. Oliv. *for. eccles.* p. 3. 9. 37. n. 3. quos citat & sequitur Wiestn. *h. t. n.* 3. de cetero nomine causarum matrimonialium veniunt controversiæ & quæstiones de matrimonii & Sponsalium natura, qualitatibus, contractu, indeque ortis juribus & obligationibus, deque eorum valore, impedimentis horumque dispensationibus, deque matrimonii dissolutione, redintegratione, divortii, non tamen veniunt quæstiones de dote, donatione propter nuptias, successione hæreditaria, alimentis & similibus, tales enim quæstiones, utpote de re temporali & politica, pertinere ad forum & Judices sæculares de communi docere Bellarm. l. 2. de *matrim.* c. 32. Tanner. *Tom. 4. d. 8. n.* 166. testatur Wiestn. n. 5. & tenet Pith. *h. t. n.* 17. nisi tamen, ut addit Wiestn. n. 6. tales quæstiones in quæstionem matrimonialem propriè talem (quales sunt jam enumeratæ) in judicium principaliter deductam incidant; tunc enim, sicut de illis principaliter motis, sic etiam his incidenter cognoscere & pronuntiare pertinebit ad Judicem ecclesiasticum; sic quoque Judex sæcularis competens est in quæstionibus facti respicientis matrimonium, ut si agatur de punitione adulterii, incestus aliorumque criminum, quæ sunt contra sanctitatem matrimonii; tum quia hujusmodi delicta sunt mixti fori, quæ proinde Judex, qui præverit, sive sit ecclesiasticus, sive sæcularis, punire potest; tum quia sunt quæstiones facti, non juris, nec ad ea puniendæ necesse est cognoscere de valore matrimonii aut sensu canonum, ita Pith. *cit.* n. 17. citans Sanch. de *mat.* l. 3. d. 54. n. 3. & 6. Item Judex sæcularis competens est, dum quæritur, an matrimonium sit contractum, an contractum in facie Ecclesiæ, an clam, ut ita constet, an filius sit legitimus, nisi incidat in quæstionem juris. V. G. quid sit matrimonium clandestinum, Pith. n. 18. cum Tanner. l. c. q. 8. *du. 9. n.* 164.

2. Resp. secundò in specie: de jure communi in causis propriè matrimonialibus Judex competens est solus Episcopus, juxta c. *accidentibus*, de *excess.*

prelat. & expressam decisionem Trident. *sess.* 24. de *reform. mat. c.* 20. ubi: *ubi cause matrimoniales non Decani, Archidiaconi aut aliorum inferiorum judicio, sed Episcopi tantum examini & jurisdictioni relinquimus &c.* Nihilominus in iis quoque (jure ordinario, adeoque citra commissionem & delegationem, aut etiam privilegium) Judex competens est Prælati alius Episcopo non subiectus, jurisdictionem quasi episcopalem in certo territorio & in ejus populum exercens. Rota apud Mantua. *decis.* 102. n. 7. Riccius in *decision. Curia Neapol.* *decis.* 184. Barbos. de *offic. & potest. Episc.* alleg. 84. n. 3. Wiestn. *h. t. n.* 7. Reiffenst. n. 21. Unde, dum Trident. aliis Episcopo inferioribus negat hanc jurisdictionem, intelligit illos inferiores, qui certæ diocesis Episcopo saltem in causis aliquibus subiecti sunt. Item Judex competens est capitulum sede vacante, utpote in quod transit ordinaria jurisdictionis Episcopi, juxta c. *his que*, & c. *cum olim*, de *majorit. & obed.* Item non tantum Vicarius Episcopi generalis in spiritualibus, & quidem sine mandato speciali, juxta c. *fin. de cognat. Spirit.* & c. 1. de *frigid. & malef.* sed & Vicarius capituli sede vacante, ut Barb. l. c. n. 3. Covar. de *Sponsal.* p. 2. c. 8. §. 12. n. 1. Quarant. in *sum. Bullar.* v. *sede vac.* de quo vide me in *Vicar. Episc.* q. 582. De cetero ex commissione & privilegio, quin & ex consuetudine præscripta legitime (non sufficere tamen quadragenariam, sed requiri immemorabilem, juxta quod declaratum à S. Cong. Card. Interp. Trid. testantur Fagn. & Barb. assertit Wiestn. *h. t. n.* 10.) causarum matrimonialium cognitio & definitio officiali minus principali competere potest, & competit, præsertim in diocesis amplioribus, uti & Archidiaconis, Decanis & Vicariis foraneis, quos commissarios vocant, aliisque Præstis ecclesiasticis, ut patet ex communi praxi Ecclesiæ, & juxta hanc docent gl. *fin. in c. accidentibus. de excess. prelat. Butr. ibid. n. 2. Abb. n. 3. Fagn. n. 3. apud Wiestn. n. 9.*

TITULUS XIX.

De divortii.

Quest. 273. Divortium quid & quotu-plex.

1. **R**esp. ad primum: Divortium est viri ab uxore, & hujus à viro separatio legitima, nimirum non facta sine lege vel ratione vel etiam autoritate Judicis Sylv. v. *divortium*.

2. Resp. ad secundum: Est tam apud Theologos quam apud Jurisconsultos duplex; nimirum prout importat dissolutionem matrimonii tantum quò ad thorum & habitationem, & prout importat dissolutionem quò ad ipsum vinculum. Porro separa-

tio, quæ non est perpetua, sive ex causa per se duratura semper, minus propriè divortium appellatur, qualis est illa, quæ in jure frivolum dicitur, quòd juxta Ulpianum in l. *cum. §. divortium. ff. de donat. inter vir. & uxor.* est levis seu frivola offensa inter conjuges, quam ob levis quandoque momenti causam, erinde nascentem iram subitam sequitur temporalis quadam secessio seu separatio, dum postliminio quiescente ira & animo sedato, cessat. Verum de hac separatione hic nihil, de cæteris duabus speciebus divortii in præsentè, capitibus duobus sequentibus.

CAPUT I.

De divortio conjugum quò ad vinculum ipsum matrimonii.

Quest. 274. Matrimonium ratum quòd dicatur.

1. **R**esp. ad primum: Matrimonium ratum dicitur, quòd post Baptismum susce-

prum mutuo contrahentium consensu perficitur, nulla carnali copulâ subsecutâ, unde et si infidelium seu non baptizatorum matrimonium sit legitimum, non est tamen ratum, e, quanto b. i. Porro matrimonium